

## UJABB ADALÉK KOMÁROMI CSIPKÉS GYÖRGY BIBLIÁJÁHOZ.

Közli: SZÉLL FARKAS.

Dr. Illésy János levéltári kutatáson alapuló, e becses folyóirat múlt évi folyamában megjelent cikke foglalkozott legutóbb a Komáromi Cs. György bibliájával, melynek története az e cikkben említett nyomtatott forrásokon kívül több más helyen is volt már tárgyalva irodalmunkban.

Kimerítően szólott arról *Bod* Péter (A szent Bibliának Historiája stb. Szeben, 1748. 166—172 l.), *Budai* Ezsaiás (Magy. Orsz. Hist. Debreczen, 1812. 3. k. 108—9. l.), *Tóth* Ferencz (Túl a Tiszai ref. püspökök élete. Győr, 1812. 140—141. l.) és különösen *Szücs* István (Debreczen város tört. 778—781. l.), a ki Debreczen város magánlevéltárából vett adatokból mutatta ki, a mit *Balogh* Ferencz bizonyosan ő utána állított, hogy Komáromi Cs. György bibliája 4000 példányban rendeltetett meg, de ezenfelül még 200 példány utánrendeltetett; az első szállítmány, mely Duklán keresztül indított Debreczen felé, 12 ládában 2915 példányban szállított, még hátramaradt Danczigban francia kötésben 820, fehér pergamentben 265 példány.

A nyomtatás évét Szabó Károly (R. M. K. I. köt. 1336. sz.) 1719-re teszi; Illésy fentemlített cikkében azonban állítja, hogy csak 1718. év végén látott napvilágot. Már *Tóth* Ferencz munkája idézett helyén figyelmeztet ezekkel szemben arra, hogy *Szombati* János sárospataki professor határozott kijelentést tesz a *Pete* Ferencz által kiadott bibliában arra nézve, hogy Komáromi Cs. György bibliája 1717-ben nyomtatott. Az említett biblia elején *Szombati*

János csakugyan «*Rövid tudósítás a magyar Bibliáról*» cím alatt felsorolván a biblia magyar fordításait, a Komáromi Cs. György bibliáját illetően U. betű alatti jegyzetben a következőket írja: «*Nálam levő bizonyos levélből tudom, hogy 1718-nak elein, ezen Bibliának nyomtatása már elvégeztetett*». (Sz. Biblia . . . mellyet e' formában leg-először ki-nyomtattatott P(ete) F(erencz) Ultrajektomban, Altheer János által 1794. 7. l.)

Eme fentidézett forrásokból tudjuk azt is, hogy az említett bibliának Hollandiában visszamaradt példányai azután Danczkába, onnan pedig Varsóba szállítottak és ott heverték mindaddig, mig-nem 1789-ben, sok utána való járás után, augusztus hó 9-dik napján Debreczenbe kerültek; tehát az egyes könyvtárak és magá-nosoknál levők ezekből a *második* szállítmányú példányokból szár-maztak legnagyobbbrészt, mert mielőtt az első szállítmány lefoglal-tatott, a Duklába megérkezett 2915 példány átvételére elküldött debreczeni tanácsnok, Maróthy György, csakis 31 példányt kap-hatott meg egy kis ládában,<sup>1</sup> a többi 2884 példány pedig, mint ez Illésy cikkéből is kitűnik, a szepesi kamara által lefoglaltatott; határozottan téves ennélfogva az a nézet, hogy a debreczeniek 112 példányt, t. i. annyit, mennyi az Illésy által vélt 3000-ból hiány-zott, titkon eltulajdonítottak, és hogy ezen 112 példánynál több nem jutott volna forgalomba.

A nyomtatott és eddig ismert forrásokon felül *Kaprinainak* az egyetemi könyvtárban őrzött kéziratgyűjteményében található okiratok és feljegyzések még bővebb megvilágosítását adják a szóban forgó biblia történetének. Kitűnik azokból, hogy a debre-czeniek küldöttei már *1720. júl. 29-én*, tehát épen azon napon, midőn kelt az a legfelsőbb elhatározás, melyben meghagyatott az egri püspöknek, hogy a lefoglalt bibliákat adja át a debreczeniek-nek, kötelezték magokat összes javaik elvesztésének terhe alatt, hogy a keresztelési forma tekintetében fenforgó és más egyéb hibát ki fogják javítani, valamint kötelezték magukat arra is, hogy egy hónap leforgása alatt ezen kötelezést Debreczen város magistratusa ratificálni fogja; kitűnik továbbá az említett okiratokból, hogy nemcsak br. Mednyánszky Pál, a szepesi kamara igazgatója, hanem Erdődy Gábor egri püspök is kapott 1723. évi junius 12-éről kel-

<sup>1</sup> *Szücs István*, id. műve, 779. l.

tezve legfelsőbb rendeletet, hogy a bibliákat a debreczenieknek «sine mora» szolgáltatassa ki,<sup>1</sup> azonban a püspök ezen rendelettel szemben előterjesztéssel élt a felséghez, esedezvén, hogy a debreczeniek a három év előtt adott reverzálisnak eleget tegyenek, vagy újabb vizsgálat rendeltessék, a hol a püspök az 1723. június 12-ki rendelettel szemben annak bizonyítását czélozta, hogy nemcsak *egy betű*-különbség, hanem számtalan eltérés, változtatás, kihagyás van az új bibliában.

Mellékletként a vonatkozó okiratokat egész terjedelmökben közlöm.

*Kaprinai* — kinek tanúságához e tekintetben kétség nem férhet — azt is följegyezte, hogy Komáromi Cs. György bibliájából *néhány száz a kassai collegiumban égettetett meg, a többit az egri káptalanba szállították, a hol azok maig is rothadnak.* Lehet, hogy ezeket égettette el azután Erdődy püspök utóda, br. Barkóczy Ferencz Egerben, a püspöki palota udvarán.

Ezek után alább adjuk az ügyre vonatkozó okiratokat, a mint következik:

## I.

*Debreczen város küldötteinek reverzálisa. Bécs, 1720. július 29.*

Infrascripti liberae regiaeque civitatis Debreczinensis aبلغati fatemur et recognoscimus tenore praesentium, significantes, quibus expedit universis, quod posteaquam certa biblia Hungarica, usui Helveticae confessioni addictorum destinata, in Hollandia sumptibus magistratus et communitatis praefatae l. rg. civitatis noviter impressa fuissent, eandemque in bis mille octingentis octuaginta quatuor exemplaribus constantia, ex benigno suae Maiestatis S. domini, domini nostri clementissimi mandato, sub dato ex castro Laxenburg diei decimae quintae mensis Maii anni proxime praeteriti 1719. emanato illustrissimo ac reverendissimo domino comiti Gabrieli Antonio Erdödi de Monyorokerék episcopo Agriensi pro censura et revisione per antelatum magistratum submitti debuissent,

<sup>1</sup> A Mednyánszkyhoz intézett rendeletet közölte *Lampe*: Hist. ref. Hung. 548. l. és magyar fordításban *Bod*: Szt. Biblia históriája 170 l.

idemque modo fatus dominus comes et episcopus censuram hanc universitati Cassoviensi delegat et praelibataque universitas, certos eum in finem censores ordinando, iidem censores ante dicta biblia cum Karolianis et Molnarianis, sic dictis, et per Helveticae confessioni addictos, in regno Hungariae hactenus vsitatis combinassent, in ipsis etiam substantialibus non nullos errores, et discrepantias, ac certorum praeterea librorum, et capitum veteris testamenti, et signanter libri Tobiae integri, orationis Manassis, seu Iudae regis in captivitate Babilonica, libri Iudith integri, libri Baruch integri, epistolae Jeremiae prophetae, quae est caput 6. Baruch profetae; quod sequitur apud Danielelem prophetam a capitis tertii versu 23 usque ad 91 versum ejusdem capitis, item incipiendo a cap. 13 usque ad finem capitis 14, utpote historiae Susannae de idolo Bal, et Dracone, Esdrae libri III integri; Esdrae libri IV integri; item ex libro Esther VII Caputum, a decimo capite inclusive usque ad finem; libri Simeonis, qui vocatur communiter liber tertius Machabaeorum; libri I. Machabaerum; libri II. Machabaeorum; libri sapientiae totius; et demum ecclesiastici totius, omissionem reperissent, hujus deinde errores et discrepantiae suae Majestati Sacratissimae per saepe dictum dominum comitem, et episcopum demisse relatae quoque extitissent, dignabatur tandem altedata sua Majestes Sacratissima, eosdem taliter relatos errores et discrepantias medio cancellariae suae regiae Hungaricae aulicae denuo revideri, ac in ministeriali sua conferentia in negotio religionis ordinata referri, elementer ordinare, et licet hujusmodi substantiales errores, et signanter quoad baptismi in nomine Smae et individuae trinitatis, Patris quippe et Filii, et Spiritus Sancti fieri solitam formam ac per totum Christianum orbem, ipsosque Helveticae confessioni addictos ita usitatam, ea in novis his bibliis Hungaricis reportata fuisset discrepantia, quod ad nomen, et non in nomine (uti praefertur) baptismus instituendus et iisdem bibliis manifeste erui possit; et vel ex hoc solo fundamento ante fata noviter impressa, utpote dogmati etiam Helveticae confessionis in Hungaria hactenus tolerato, et ipsi christiano nomini contraria rejici et sufferri potuissent. Quia nihilominus tam antelatum gravem, et substantialem errorem, alios quosvis in praememoratis bibliis errores, et discrepantias per errorem potius typographi, linguae Hungaricae ignari, et ex defectu etiam in Hollandia (ubi praedicta Biblia impressa fuissent) nusquam reperi-

bilis correctoris Hungari intervenisse, nos, et principales nostros sensu praenuncupatorum bibliorum non aliter, quam a primaeva confessionis Helveticae reformatione intellectus, et hactenus usitatus fuerit, accepturos declarassemus, praescriptumque in forma substantiali baptismi commissum, et alios quosvis errores correcturos, et ad jam fatum antiquum confessionis Helveticae sensum reducturos, eandemque correctionem coram inclyta camerale administratione Scepusiensi, remonstraturos demisse spondidissimus, ac pro restitutione praemissorum bibliorum humillime apud suam Majestatem Sacratissimam ulterius quoque instituissemus, hinc ad hujusmodi demissam instantiam, et assecurationem nostram dignabatur eadem sua Majestas Sacratissima restitutionem praenominatorum bibliorum ex mera gratia et clementia caesareo regia pro hac vice benignissime resolvere. Unde super praemissorum observatione et quantocius fienda corrigendorum correctione, et taliter correctorum coram inclyta camerale administratione Scepusiensi fienda remonstratione; praesentibus nosmet obstringentes, simul etiam super eo sub amissione universorum bonorum nostrorum fisco regio applicandorum, nos, et quosvis successores, et haeredes nostros obligamus, quod praefatam hanc assecurationem et obligationem nostram, per magistratum et communitatem totam suprafatae liberae regiaeque civitatis Debreczinensis mediantibus authenticis reversalibus suis intra spatium unius mensis a dato praesentium computando excelsae cancellarie Hungaricae aulicae submittendis ratificandam, et taliter acceptandam effecturi sumus. In quorum fidem, et majus robor praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo usuali roboravimus. Datum Viennae 29 Julii 1720. (Kaprinai gyűjteményében a nevek nincsenek aláírva.)

A budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinai-féle kéziratgyűjteményéből. 15. kötet, 59. l.

## II.

*Királyi rendelet gr. Erdődy Gábor egri püspökhöz a lefoglalt bibliák kiadatása iránt. Laxenburg, 1723. jun. 12.*

Carolus VI. dei gratia electus Romanorum Imperator etc. rex reverende spectabilis, ac magnifice comes, fidelis nobis dilecte! Quandoquidem nos ea, quae circa discrepantiam bibliorum Hunga-

ricorum in Hollandia sumptibus magistratus et communitatis liberae regiaeque civitatis nostrae Debreczinensis impressorum, et revisioni vestrae in anno adhuc Domini 1719 per majestatem nostram benigne commissorum, per vos benigne submissa fuissent, primum quidem per cancellariam nostram regiam Hungaricam aulicam, demum vero in iteratis ministerialibus nostris conferentiis clementer discuti fecissemus, in iisdem unanimi voto conclusum, ac deinde majestati etiam nostrae demisse relatum exitisset, suprafata biblia prae antiquis illis Carolianis et Molnarianis, sic dictis (quibus videlicet Helveticae confessioni addicti hactenus in praefato regno nostro Hungariae usi fuissent) vulgatae bibliorum editioni conformia magis esse, in substantialibus porro interventum errorem typographo potius (utpote in unius solummodo literae immutatione consistentem, et sensum aliquomodo variantem) adscribi debere. Idcirco benigne resolvimus, ut antelata biblia in bis mille octingentis octuaginta quatuor exemplaribus nobis per praefatum magistratum Debreczinensem ex benigna commissione nostra submissa in totidem exemplaribus eidem magistratui, aut homini ejusdem, ad id destinando, erga tamen reversales ejusdem, quod videlicet ante distractionem toties dictorum bibliorum errorem praemissum, in forma baptismi, quomocunque interventum, corrigere, et perpetuis semper temporibus non aliter, quam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptisare velint et teneantur, illico et sine mora restitui facere noveritis et debeatis. Executuri in eo benignam et seriam voluntatem et intensionem nostram. Gratia in reliquo nostra Caesareo Regia vobis benigne propensi manemus. Datum in castro nostro Laxenburg die 12. mensis Junii Anno Domini 1723.

Carolus m. p.

Comes Nicolaus Illésházy.

Josephus Sigray.

A budapesti egyetemi könyvtár, Kaprinay-féle kézirat-gyűjteményéből  
15. kötet 64. l.

## III.

*Gr. Erdődy Gábor Antal egrí püspök előterjesztése a királyhoz.*

Sacratissima caesarea regiaque majestas

Domine Domine clementissime!

Ne pro episcopalis officii mei, pastoralisque solitudinis intermissa obligatione, ac de puncto omissionis, et per hoc cessante spirituali lucro, animarumque damno emergente, aliquando coram tremendo divino tribunali merito redarguar, de genu humillime deprecor Majestatem vestram Sacratissimam, quod tot regnorum et provinciarum curis et solitudinibus occupatae molestus esse cogar.

Jucundius mihi, gratiusque foret ab his, velut abunde complurium jam millium expensas, hisque arduiora fatigia, curas item et inquietudines, ac saepe cor meum contristantes exprobrationes, et plurimas odiositates mihi causantibus vacare, ac majori cordis, et animi quiete frui in episcopatu meo, nisi otio ac desidia mea dependendarum animarum sanguinem de manibus meis ab altissimo requirendum metuerem, illudque mihi in auribus persaepe resonaret: redde rationem vilicationis tuae, ac de salute aeterna, unicae etiam animae meae fors propediem ad tribunal divinum evocandae, sollicitus, fere quotidie mihi in mentem veniret, majestatis vestrae sacratissimae plusquam paterna, quia revera Apostolica (quam mihi tempore, quo pro mihi clementissime collato coadjutoratu episcopatus Agriensis Posonii die 8. Junii A. 1712. gratias agerem dare dignata est) admonitio his expressis verbis: spero autem, quod vocationem vestram ita cordi sumetis, et episcopali muneri satisfacietis, ut et ego de collatione vobis facta, et vos de animabus curae vestrae concreditae, coram Deo rationem reddere valeamus. Invocato igitur ejus, in cujus manibus, quia corrigis, ideo etiam Majestatis Vestrae est, Dei auxilio.

Humillime majestati vestrae sacratissimae repraesentare necessitor, quod posteaquam jussu Majestatis Vestrae S. Debrecziniensis civitatis magistratus anno adhuc 1719. mihi, eorum quidem sumptibus, attamen absque praescitu, et licentia Majestatis Vestrae Sacratissimae extra haereditarias ditiones Austriacas, utpote in Hollandia neo impressorum bibliorum bis mille octingenta octuaginta quatuor exemplaria consignassent, eademque per universitatem

Cassoviensem revideri fecissem, ac relationem quoque meam in consueta forma per regiam cancellariam Hungaricam aulicam majestatis vestrae sacrae peregissem ejusdemque cancellariae Hungaricae opinio primum in ministeriali conferentia reportata, et approbata, ac subsequenter per majestatem quoque vestram clementissime exhibita fuisset, ex tunc memoratae civitatis ad augustam aulam ablegatis, per jam fatam cancellariam Hungaricam reversales in ministeriali conferentia approbatae, et sub dato Viennae 29. Julii anno 1720. emanatae fuerunt praescriptae pro subscriptione, in quibus se obligare debebant, ut seriatim, in illis expositos, uti et quosvis alios errores, corrigant, itaque correctos coram Majestatis Vestrae administratione camerali Scepusiensi, remonstrare sint obligati. Quo facto

Responsonem petebant jam fati ablegati, ut autequam subscriberent, cum principalibus suis, magistratu videlicet Debreczinensi communicare possint. Annuit huic petito cancellaria Hungarica; ipsi vero ablegati domum reduces, per tres subsequentes annos non tam usi, quam abusi sunt respirio, ipsis per cancellariam Hungaricam indulto.

Evoluto triennio, anno videlicet currenti mense majo rursus confugiunt ad Majestatis Vestrae S. thronum, et sub dato 12. mensis Junii obtento benigno mandato mihi illud non nisi post discessum Vienna Majestatis Vestrae S. huc Pragam die 27. Junii exhibuerunt, simulque restitutionem eorundem bibliorum urserunt.

Pro homagiali obligatione mea obtemperassem utique, nisi discrepantiam mandati regii a reversalibus, regia autoritate ipsis praescriptis, vidissem, et vel ideo ad melius informandum principem recurrendum, ac a finali determinatione praestolandum plurium gravium virorum judicio, uti et in conscientia me obligatum adinvenissem.

Huic igitur humili supplici meo accludo sub A. genuinam copiam et praememorarum reversalium et jam fati benigni mandati regii, in reversalibus compellitur civitas Debreczinensis ad corrigendos seriatim expositos aliosque quosvis errores; in benigno autem regio mandato asseritur, primum: neo-imprensa biblia magis conformia esse nostris vulgatis, quam antiqua Molnariana biblia ante centum quindecim annos Hannoveriae impressa, et ad praesens usque per Helveticae confessionis asseclas in Hungaria pro indu-

bitatae veritatis bibliis habita. Asseritur secundo: in substantialibus non nisi in unica litera haec ab antiquis Molnarianis biblii differre; unde etiam mihi imponitur, ut acceptis super correctione illius literae reversalibus, neo-imprensa biblia, in totidem, ac mihi consignata fuerant, exemplaribus civitati Debreczinensi, vel ejusdem homini, ad hoc deputato, restituerem.

Qualiter haec discrepantia reversalium, et mandati regis intercesserit, ego quidem non assequor; sed neque meum est indagare. At non possum non repraesentare Majestati Vestrae Sacratissimae, regi et domino meo clementissimo: ut reversales et mandatum regium de iisdem bibliis sonare, si igitur in unica tantum modo litera discrepant neo-imprensa ab antiquis Calvinistarum bibliis, quomodo ergo in reversalibus tot numero errores, et omissiones specificantur, imponiturque ut quosvis alios etiam corrigerent, et administrationi camerali Scepusiensi correcti ita biblia remonstrarent? Si vero revera omnes errores in reversalibus appositi in neo-impresis bibliis reperiuntur, quomodo in posteriori mandato regio exponitur, non nisi in una litera in substantialibus haec neo-imprensa ab antiquis differre, imo ipsa vulgatae editioni prae istis magis conformia esse, errorumque illius literae typographo potius attribui debere?

Et quia deus ter optimus, maximus, super gentes et regna Majestatem Vestram sacratissimam constituit, ut destruat, et evellat, ac aedificet; et plantet: insuper ultra supremam potestatem, et dominicum, ac imperium politicum, velut Apostolicum regem, in partem quoque sollicitudinis regiminis, et gubernii spiritualis prae omnibus aliis vocare dignatus sit; ideo provolutus ad pedes Majestatis Vestrae Sacratissimae causam hanc dei, ejusque pretioso sanguine redemptarum animarum humillime una mecum ejusdem Majestatis Vestrae sacramae protectionis subjicio, velit Majestas Vestra clementissima considerare, quod episcopi et reliquum sacerdotium, a juventute fere semper sacras literas discentes, in similibus gravibus materiis ad cogitandum et studendum habeant, ut similia recte discernere et dijudicare valeant, quomodo igitur soli saeculares, plus saecularibus negotiis, utpote politicis, militaribus, juridicis, et oeconomicis, quam theologicis studiis, sacrarumque literarum lectionibus incumbentes, tam arduum negotium debite combinare, et decidere poterunt.

Dignetur itaque Majestas Vestra Sacratissima ulterius quoque mandare, ut vel Debreczinenses reversales ipsas praescriptas subscribant, eisdem exacte satisfaciant, aut, si ita visum fuerit Majestati Vestrae Sacratissimae commissionem ordinare, cui tum ex cancellaria Hungarica, tum aliis etiam dicasteriis deputatis et praeter hos etiam confessarius aliique aliquot theologi Majestatis Vestrae S. intersint, coram quibus remonstrare possim neo-imprensa biblia, non esse prae antiquis Calvinistarum bibliis magis conformia vulgatis, eaque non in una solum litera, sed fere innumeris additamentis, omissionibus, mutationibus, contradictionibus, contrarietatisbusque et quidem in substantialibus esse difformia, ab antiquis ipsorum bibliis, a centum quindecim annis, seu a tempore ipsorum tolerantiae in Hungaria per ipsos pro authenticis habitae. Et si id ipsum non remonstravero, arbitrariae cuicumque Majestatis Vestrae Sacrae paenae memet libenter subijcio.

Faciet per hoc Majestas Vestra Sacratissima opus Deo summe acceptum, religioni catholicae, acatholicorumque in Hungaria conversioni proficuum; facile ex his novis bibliis exoriundae novae sectae justum impedimentum; domesticae paci salutare, suae denique regiae auctoritatis conservationi maxime necessarium. Pro quo Deum, et Majestatem Vestram Sacramam orat, et supplicat.

Majestatis Vestrae Sacrae

humillimus perpetuo fidelis  
 subditus capellanus  
 Gabriel Antonius Erdődy  
 Eppus Agriensis.

A budapesti egyetemi könyvtár Kaprinai-féle kéziratgyűjteményéből.  
 15 köt. 66 l.